Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Incipit liber Ezechiel prophete.

Factum est in tricesimo anno
et quarto in quinto mensis cum
essem in medio captiuorum iuxta
fluuium chobar aperti sunt celi et vidi visio
nes dei in quinto mensis. qui est annus quin
tus transmigrationis regis ioachim. Factum est
uerbum domini ad ezechiel filium buzi sacerdotem
in terra chaldeorum iuxta fluuium chobar. et
facta est super eum ibi manus domini. Tu et
vidi et ecce ventus turbinis ueniebat
ab aquilone et nubes magna et ignis involu
ens. et splendor in circuitu eius. et de medio
eius quasi species electri idest de medio ignis.
et ex medio eius similitudo quatuor animalium
et hic aspectus eorum. Similitudo hominis in eis.
Et quatuor facies vni. et quatuor pene vni
et pedes eorum pedes recti. et planta pedis.
eorum. qui planta pedis vitulli. et scintille qui
aspectus eris candentis. et manus hominis sub pen
nis eorum in quatuor partibus. Tu et facies et